

***c. Dekret ustanawiający św. Jana Chrzciciela
patronem miasta Rypin (diecezja płocka)***

**CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM**

Prot. 455/10/L

PLOCENSIS

Sanctum Ioannem Baptistam, veritatis et iustitiae martyrem, qui Salvatorem mundi et cecinit affuturum et adesse monstravit, clerus et christifideles oppidi v. d. *Rypin* peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Petrus Libera, Episcopus Plocensis, communia excipiens vota, ipsa auctoritate civili annuente, electionem Sancti Ioannis Baptistae in Patronum apud Deum praedicti oppidi rite approbavit.

Idem vero, litteris die 26 aprilis 2010 datis, enixe rogat, ut huiusmodi electio et approbatio, iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis „de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis”, n. 30, confirmentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

**SANCTUM IOANNEM BAPTISTAM
PATRONUM APUD DEUM
OPPIDI v.d. *RYPIN***

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 20 mensis maii 2010.

(+ Antonius Card. Canizares Llovera)

Praefectus

(+ Iosephus Augustinus Di Noia, OP)

Archiepiscopus a Secretis

**KONGREGACJA DS. KULTU BOŻEGO
I DYSCYPLINY SAKRAMENTÓW**

Prot. 455/10/L

DLA DIECEZJI PŁOCKIEJ

Duchowieństwo i wierni miasta zwanego *Rypin* otaczali i otaczają szczególnym i nieustannym kultem Świętego Jana Chrzciciela, męczennika prawdy i sprawiedliwości, który zapowiadał mającego przyjść Zbawiciela świata a obecnego ukazał.

Dlatego Najdostojniejszy Ksiądz bp Piotr Libera, biskup płocki, przychyłając się do powszechnego pragnienia władz świeckich, zaaprobował wybór św. Jana Chrzciciela na patrona przed Bogiem wspomnianego miasta.

Tenże również listem z dnia 26 kwietnia 2010 r., usilnie prosi, aby ten wybór i aprobaty zostały zatwierdzone zgodnie z normami o ustanawianiu patronów i z instrukcją „O kalendarzach partykularnych oraz własnych częściach oficjum i Mszy św.”, n. 30.

Kongregacja zaś ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, mocą udzielonych jej uprawnień przez papieża BENEDYKTA XVI, rozważywszy przedstawione sprawy, aby wybór i aprobaty odbyły się zgodnie z przepisami prawa, zgadza się na prośby i zatwierdza

ŚWIĘTEGO JANA CHRZCICIELA
NA PATRONA PRZED BOGIEM
MIASTA zwanego *RYPIN*.

Bez względu na wszelkie przeciwnie zarządzenia.

W siedzibie Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, dnia 20 maja 2010 r.

(+ Antoni kard. Canizares Llovera)

Prefekt

(+ Józef Augustyn Di Noia, OP)

*Arcybiskup Sekretarz *

(Tłum. bp Stefan Cichy)